



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

8 Vtrum ignorantia causet inuoluntarium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

Supra questionis sex
de articulum octa-
uon.

ARTICVLVS VII.

Utrum concupiscentia causet inuoluntarium.

IN 8. autem articulo diligenter aduertendum est, quod cum ignorantia conloquens voluntatem tripliciter ponatur, scilicet affectata, male electionis, & iuris: & prima differat ab aliis in hoc, quod ipsa est obiectu actus voluntatis, est enim voluntaria: verò sunt quasi obiectum uoluntatis potentis, & debent ipsas abijcere. Sunt enim ideo uoluntarie, quia uoluntas potest, & debet actualiter considerari, & applicari ad opus, & sic excludere ignorantiam male electionis: & similitur uelle acquirere scientiam sibi necessariam tempore debito, & sic excludere ignorantiam iuris. Intra has autem duas cum differentia sit, quod ignorantia electionis consistit in ipsa uoluntaria actuali inconsideratione, ignorantia uero iuris in uoluntaria habituata: si priuatione scientie, quandoque aliquis ex actuali obliuione eius quod scit, & habitualiter meminit, operatur, neutram ignorantiam incurrat: quoniam omnium remanet supra hominis est facultate. Quod circa si quis certa intentione per seueras nullo modo peccandi, mortaliter, & sciens contrarium talem sapere usurum, & nihilominus non recolens actualiter eius quod habitualiter scit, facit talem contractum, non peccat mortaliter. Et similitur scis Sortem sibi notum, esse nominatim excommunicatum, & tamen communicas cum eo in diuinis: ex hoc quod non actualiter sibi occurrit hinc esse excommunicatum, excusatur a mortali. Quilibet enim in se ipso experitur, non esse in potestate sua, quod recorderetur eorum que habitualiter meminit: propter quod inconsideratio hęc, cum non sit concupiscentia, nec consequens, quia non est in potestate

AD SEPTIMUM sic proceditur. Videtur, quod concupiscentia causet inuoluntarium. Sicut enim metus est quedam passio, ita & concupiscentia: sed metus causat quodammodo inuoluntarium. ergo etiam concupiscentia.

¶ 3. Præterea. Sicut per timorem timidus agit contra id quod proponitur, ita in continens propter concupiscentiam: sed timor aliquo modo causat inuoluntarium. ergo & concupiscentia.

¶ 3. Præterea. Ad uoluntarium requiritur cognitio: sed concupiscentia corrumpit cognitionem, dicit enim Philosophus in 6. Ethico. quod delectatio, siue concupiscentia delectationis corrumpit estimationem prudentia: ergo concupiscentia causat inuoluntarium.

SED CONTRA est, quod Damasc. dicit: Inuoluntarium est misericordia, uel indulgentia dignum, & cum tristitia agit: sed neutrum horum competit ei, quod per concupiscentiam agit: ergo concupiscentia non causat inuoluntarium.

RESPON. Dicendum, quod concupiscentia non causat inuoluntarium: sed magis facit aliquid uoluntarium. Dicitur enim aliquid uoluntarium ex eo, quod uoluntas in id fertur: per concupiscentiam autem uoluntas inclinatur ad uolendum id quod concupiscit, & ideo concupiscentia magis facit ad hoc, quod aliquid sit uoluntarium, quam quod sit inuoluntarium.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod timor est de malo, concupiscentia autem respicit bonum: malum autem secundum se contrariatur uoluntati, sed bonum est uoluntati consonum. unde magis se habet timor ad causandum inuoluntarium, quam concupiscentia.

AD SECUNDUM dicendum, quod in eo qui per metum aliquid agit, manet repugnancia uoluntatis ad id quod agit, secundum quod in se consideratur: sed in eo qui agit aliquid per concupiscentiam, sicut est in continens, non manet prior uoluntas, qua repudiabat illud quod concupiscitur, sed mutatur ad uolendum id quod prius repudiabat. & ideo quod per metum agit, quodammodo est inuoluntarium: sed quod per con-

A cupiscentiam agit, nullo modo. Nam in continens concupiscentie agit contra id quod prius proponebat, non autem contra quod nunc uult: sed timidus agit contra id quod etiam nunc secundum se uult.

AD TERTIUM dicendum, quod si concupiscentia totaliter cognitionem auferret, sicut contingit in illis qui propter concupiscentiam fiunt amentes, sequeretur quod concupiscentia uoluntarium tolleretur: nec tamen proprie esset ibi inuoluntarium: quia in his quæ uoluntatis non habent, neque uoluntarium est, neque inuoluntarium: sed quandoque in his quæ per concupiscentiam aguntur, non totaliter tollitur cognitio, quia non tollitur potestas cognoscendi, sed solum consideratio actualis in particulari agibili: & tamen hoc ipsum est uoluntarium secundum quod uoluntarium dicitur, quod est in potestate uoluntatis, ut non agere, & non uelle similiter autem & non considerare potest enim uoluntas passioni resistere, ut infra dicitur. ¶

ARTICVLVS VIII.

Utrum ignorantia causet inuoluntarium.

AD OCTAVUM sic proceditur. Videtur, quod ignorantia non causet inuoluntarium. Inuoluntarium enim ueniam meretur, ut Damasc. dicit: sed interdum quod per ignorantiam agit, ueniam non meretur, secundum illud 1. ad Cor. 14. Si quis ignorat, ignorabitur: ergo ignorantia non causat inuoluntarium.

¶ 2. Præterea. Omne peccatum est cum ignorantia secundum illud Prou. 14. Errant, qui operantur malum: Si igitur ignorantia inuoluntarium causet, sequeretur, quod omne peccatum esset inuoluntarium: quod est contra Aug. dicentem, quod omne peccatum est uoluntarium.

¶ 3. Præterea. Inuoluntarium cum tristitia est, ut Damasc. dicit: sed quedam ignorantia aguntur & sine tristitia: puta, si aliquis occidit hostem, quem querit occidere, putans occidere ceruum. ergo ignorantia non causat inuoluntarium.

SED CONTRA est, quod Damasc. & Philosophus dicunt, quod inuoluntarium quoddam est per ignorantiam.

RESPON. Dicendum, quod ignorantia habet causare inuoluntarium ea ratione, qua priuat cognitionem, qua præcigitur ad uoluntarium, ut supra dictum est: non tamen qualibet ignorantia huiusmodi cognitionem priuat. Et ideo sciendum, quod ignorantia tripliciter se habet ad actum uoluntatis. Uno modo, concomitanter: alio modo, consequenter: tertio modo antecedenter. Concomitanter quidem, quando ignorantia est de eo quod agit, tamen etiam si sciretur, nihilominus ageretur. Tunc enim ignorantia non inducit ad uolendum ut hoc fiat, sed accidit simul esse aliquid factum, & ignoratum: sicut in exemplo posito, scilicet cum aliquis uellet quidem occidere hostem, sed ignorans occidit eum, putans occidere ceruum: & talis ignorantia non facit inuoluntarium, ut Philosophus dicit, quia non causat aliquid quod sit repugnans uoluntati: sed facit non uoluntarium, quia non potest esse actu uoluntatis, quod ignoratum est. Consequenter autem se ha-

nostra, locanda est sub antecedente: causat enim inuoluntarium simpliciter, & ipsa nullo modo est uoluntaria: ac per hoc excusatur non solum a peccato, sed a centuris consequentibus culpam. Et hæc pro consolatione bonarum mentium, ibi culpam timentium, ubi non reperitur, notanda applicandaque sunt occurrentibus casibus.

¶ q. 77. art. 6. & 7.

Infra q. 19. ar. 6. cor. & q. 76. art. 3. & 4. Et 2. d. 39. q. 2. arti. 1. ad 4. & d. 42. 2. et 1. ad 3. Et mal. q. 3. ar. 8. cor. * Li. 2. c. 24.

¶ Lib. 1. retracta. c. 15. p. 2. r. ante medium. * Damasc. lib. 2. Oratio. si. d. cap. 24.

¶ Loco n. c. d. c. 3. Euc. cap. 1.

* Art. 1.

* Li. 3. Eth. c. 1. to. 5.



¶ Super Quaestionem septimam.

* Art. 1. ad 1.

Circa totam septimam quaest. de circumstantiis, nihil occurrit hoc in loco dubitandum: quoniam discussio harum circumstantiarum in speciali, pura de persona, modo, tempore, & loco facris, ad posteriores spectat tractatus. Summarie tamen scito, qd circumstantia temporis sacri est aggrauans peccatum, non tñ apponens specie sacrilegij, nisi fiat in contemptum temporis sacri. Circumstantia verò sacri loci, quamuis omnia aggrauet peccata p accidens, illa tamen sola ad sacrilegij speciem trahit, quæ sanctitati loci directe opponuntur, aut annexæ immunitati, ut effusionis sanguinis, uel seminis humani, quæ impediunt exhibendum ibidem diuinum cultum, ad quæ directe sanctificatur locus: & uolentæ extractions, quæ immunitati contrariantur, & his similia. Per sonæ quoque circumstantia non transfert in aliam speciem, nisi peccatum uoto, uel statui eius directe aduersetur: ut si religiosus fornicetur, in sacrilegium trahitur: si autem blasphematur, solius blasphemie reus est, sicut alius blasphemans. Quid autem i. effectus, quando est præuoluntarius & uoluntarius, trahit in ipsius speciem: ut si mulier pergens ad ecclesiam, seit se ibidem adamandam, & hoc uult, quamuis non propterea uadat, sed propter audiendam Missam, actus ille ex illo effectu mali speciem trahit. Circa Quid. i. conditiones obiecti, ut magnum, & paruum in re oblata, & Quomodo: quæ actus multum aggrauent, in aliam tamen speciem transferre actus non uideo. Cur, demum manifeste dat aliam actui speciem: & si prædictis adiunxeris, quod circumstantie necessario cognoscenda a spiritali iudice, sunt transferentes in aliam speciem, & cū hoc aggrauantes in infinitum. i. adderes,

* In corp. ar.

Infra art. 7. cor. & q. 18. artic. 9. & 4. di. 16. q. 2. art. 1. q. 1. Et ma. q. 2. ar. 6. ad 5. & artic. 5. corp. prin. & 3. Ethic. 1. lect. 3. cor. 2. ff.

bet ignorantia ad uoluntatem, in quantum ipsa ignorantia est uoluntaria: & hoc contingit dupliciter, secundum duos modos uoluntarij supra positos. * Vno modo, quia actus uoluntatis fertur in ignorantia: sicut cum aliquis ignorare uult, uel ut excusationem peccati habeat, uel ut non retrahatur a peccando, secundum illud Iob. 21. Scientiam uiarum tuarum nolimus. & hæc dicitur ignorantia affectata. Alio modo dicitur ignorantia uoluntaria eius, quod quis potest scire, & debet. sic enim nõ agere, & non uelle, uoluntarium dicitur, ut supra dictum est. * Hoc igitur modo dicitur ignorantia, siue cum aliquis actu non considerat, quod considerare potest, & debet, quæ est ignorantia malæ electionis uel ex passione, uel ex habitu proueniens: siue cum aliquis notitiam quam debet habere, non curat acquirere. Et secundum hunc modum ignorantia uoluntaria iuris, quæ quis scire tenetur, uoluntaria dicitur, quasi per negligentiam proueniens. Cū autem ipsa ignorantia sit uoluntaria aliquo istorum modorum, non potest causare simpliciter in uoluntarium: causat tamen secundum quid in uoluntarium, in quantum præcedit motu uoluntatis ad aliquid agendum, qui non esset scientia præsentem. Antecedenter autem se habet ad uoluntatem ignorantia, quando non est uoluntaria, & tamen est causa uolendi quod alias nõ uellet. sicut cū aliquis homo ignorat aliquam circumstantiam actus, quam non tenebatur scire, & ex hoc aliquid agit, quod non faceret, si sciret. puta, cum aliquis diligentia adhibita nesciens aliquem transire per uiam, projicit sagittam, qua interficit transeuntem: & talis ignorantia causat in uoluntarium simpliciter. Et per hoc patet responsio ad obiecta. Nam prima ratio procedit de ignorantia eorum, quæ quis tenetur scire: secunda autem de ignorantia electionis, quæ quodam modo est uoluntaria, ut dictum est: * tertia uero de ignorantia, quæ concomitanter se habet ad uoluntatem.

QVAESTIO VII.

De circumstantiis humanorum actuum, in quatuor articulis diuisa.



INDE considerandum est de circumstantiis humanorum actuum.

Et circa hoc quaeruntur quatuor.

- ¶ Primò, Quid sit circumstantia.
¶ Secundò, Vtrum circumstantie sint circa humanos actus attendenda a Theologo.
¶ Tertio, Quot sunt circumstantie.
¶ Quarto, Quæ sunt in eis principales.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum circumstantia sit accidens actus humani.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod circumstantia non sit accidens actus humani. Dicit enim Tullius in rethoricis, qd circumstantia est, per quam argumentationi auctoritatem, & firmitatem adiungit oratio: sed oratio dat firmitatem argumentationi, præcipue ab his quæ sunt subiecta rei, ut diffinitio, genus, & species, & alia huiusmodi, a quibus etiam * Tullius Oratorem argumentari docet. ergo circumstantia nõ est accidens humani actus.

¶ 2. Præter. Accidens proprium est inesse: quod autem circumstantia non inest, sed magis est extra. ergo circumstantia non sunt accidentia humanorum actuum.

¶ 3. Præter. Accidens non est accidens: sed ipsi humani actus sunt quædam accidentia. non ergo circumstantie sunt accidentia actuum.

SED CONTRA Particulares conditiones cuiuslibet rei singularis, dicuntur accidentia indiuiduantia ipsam: sed Philosophus in 3. * Ethico. circumstantias nominat particularia, id est, particulares singulorum actuum conditiones. ergo circumstantie sunt accidentia indiuidua humanorum actuum.

RESPON. Dicendum, quod quia nomina, secundum * Philosophum, sunt signa intellectuum, necesse est quod secundum processum intellectus cognitionis, sit etiã nominationis processus. Procedit autem nostra cognitio intellectualis, a notioribus ad minus nota: & ideo apud nos, a notioribus nomina transferuntur ad significandum res minus notas. & inde est, quod sicut dicitur in 10. * Metaphisico. ab his, quæ sunt secundum locum, processit nomen distantie ad omnia contraria. & similiter nominibus pertinentibus ad motum localem utimur ad significandum alios motus, eo qd

secundum se ratione peccati mortalis, scies quæ sunt circumstantie necessariae, & quæ non. Sed caue ne illas, quæ multum grauant, totali silentio prætereas: & maxime circumstantia, Quid, quæ inter principales in 4. articulo computatur. Magni enim refert abfuisse cetum, & abfuisse cetum cum dano inde pauperis, & pupillorum, puellarum nubium, & huiusmodi, quæ spectant ad circumstantia, Quid. Illud, autem hic notato, qd inter circumstantias, nec Aristoteles, nec Tullius, nec diuus Thomas copulant, Quoties. Et ratio est, quia circumstantia, ut in 1. dicitur articulo, circa eundem sunt actum: numerus autem operationum non circumstantiam, sed eandem operationem: sed ad aliam, & alia operationem. Non enim secundum hunc est circumstantia primi, aut e contrario: nec tertium secundi, & sic deinceps. Ex quo sequitur, quod quia non minus tenetur quis conuerti de secundo peccato, quam de primo, & non minus de centesimo, qd de quocunque alio: quod non sufficit dicere, quod plures firmitas est, sed oportet explicare quoties firmitas est, si numeri meminere: & si non meminere, exprimere debet quæ frequenter, sic, ut uerbum illis numerus habeatur. Scito quoque demum, quod id, quod de sine specificante, & adiuuato distinguitur in re sponse ad 3. in articulo 3. explanabitur inferius in q. 18. articulo 4. ubi inchoare uideatur opposita doctrina.

* In lib. Topico.

Cap. 1. ante med. & post. 10. 5.

* Lib. 7. per thier. cap. 10. m. 1.

* Text. 13. & 14. tom. 5.